

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Corfinius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius, SS.  
Theol. D. Moralium Professor, & Pastor D. Mar. A detestabili Bacchanaliorum  
asotia & turpitudine serio avocat Studiosam Iuventutem**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73483599X>

Druck Freier  Zugang



Ru Progr 1653

- 1) Johanna Corfinius
- 2)
- 3) Hermann Schückmann
- 4)
- 5) Johanna Quistorp
- 6) Laurentius Bodock



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn73483599X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73483599X/phys_0002)



130.

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES CORFINIUS,**  
SS. Theol. D. Moralium Professor,  
& Pastor D. Mar.  
A detestabili

**BACCHA-**  
**NALIORUM**  
afotiâ & turpitudine  
seriò avocat

*Studio sam Juventutem.*



**ROSTOCHII,**  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LIII.



Ircumspetè in hoc ærumnarum tu-  
gurio incedendum esse, graviter & sedulò  
Spiritù inculcat, ne insipientum more  
cæspitemus: prolixa prohdolor eorum  
series est, qui nomen & schema Christi-  
colarum mentientes Cyclopicā se conta-  
minant barbarie, & asotiâ Epicuræ, dum ruptis mode-  
stia& sobrietatis repagulis, repulsaq; serpentinâ pruden-  
tiâ heluationi se decunt, & temetum ultra modum in-  
fese ingurgitant avariter plenis faucib⁹, immo istos quo-  
que temporis articulos, quos sigillatim sacratæ impen-  
dere conveniebat devotioni, monstrosis destinant ge-  
sticulationibus, atq; bibulis commesationibus. Vafer-  
rimā olim Bileami calliditate circumveniebantur I-  
sraëlitarum Majores, quos cum diris devovere haud va-  
leret (obstante videlicet rigoroso Jehovæ interdicto)  
Pseudopropheta pro astutiâ versipelli consulebat Moa-  
bitis, ut ad Deastri Baalpeor sacra abominabilia, & me-  
ram spirantia obscœnitatem humanissimè invitarentur  
Jacobi posteri, prævidebat nimirum exactè, delinquen-  
tes Israëlitas hujusmodi apostasiam & turpitudinem,  
nunquam impunè laturos, sed crima tanta graviori  
excandescentiâ, & nemesi cœlesti certissimè vindicatum  
iri: Non secus stygius ille antagonista & serpens versi-  
pellis technis suis dolisq; consarcinatis incautas abripit  
mentes, & glaucomis objectis fascinat, ut profligatissi-  
mæ Lyæi insaniae se mancipent, ac detestandis se collu-  
tulent facinoribus in Quadragesimalis temporis exor-  
dio, gnarus quippe est, Jehovam Vindicem fore certissi-  
mum pariter & rigorosum adversus debacchantes, &  
longè lateq; vagantes Crucis Christi Empæctas, sacris  
Meditationibus Passionalibus isto modo pessulum ob-  
dentes,

dentes, quo minus ad animum intromittantur. Demira-  
mur haud immeritò Gentilium Sophos humanæq; Sapi-  
entiae Magistros cætera sagacissimos, honesti præterea  
& verecundiæ Defensores haud vulgares, tantam suis  
sæculis tolerasse morum turpitudinem, & vitiorum col-  
luviem in Saturnalium festis scaturientem admisisse.  
Memorabile profectò est, neq; scitu infrugiferum, quo-  
modo pestilens illa lues ad cunctas successivè serpendo  
devenerit nationes, & apud universas propemodum  
gentes libidinis commune fuerit seminarium. Herodotò  
teste Autor fuit *Melampus Amytbeonis filius*, qui primus  
ad Græcos detulit ex Ægypto, ubi illa sacra fieri coepere,  
fœminæ enim statuas cubitales è nervis compactas, per  
pagos præente tibiâ circumferebant, Bacchum canen-  
tes. Quadrat omnino Autoris nomen in pestilentissi-  
mum nostrum antagonistam, qui revera Melampus est  
infernalis, pede niger, (deperdidit etenim candidam  
Angelorum stolam, simulac principatu excidit) & ex suâ  
tenebrisca Ægypto hunc abominabilem ritum in or-  
bis theatrum introduxit, ac paulò deinceps virus latè  
disseminavit. In Parnasso dehinc monte Bacchanalja  
(Græcis Dionysia dicta) alternis annis acta sunt, magno  
cum hominum multo mero incalentium clamore, tum-  
tympanorum crepitu. Haud ita multò post Græcus  
quidam homo ignobilis, istiusmodi Sacrorum Antistes  
in Hetruriam venit, docuitq; ritus; ex Hetruriâ ea mali  
labes mox Romam penetravit, ubi mirandum in modum  
morbi contagione Matronarum pudicitiam corrupt-  
erunt. Quemodo vero *Faculla* quædam, *Minia Campana* appella-  
ta Sacerdos facta, quasi Deorum monitu prisca ritus  
immutaverit, diesq; festos singulis mensibus celebra-  
dos auxerit, apud alios abunde legere est; in suâ quoq;  
Mythologiâ alio atq; alio modo horum Sacrorum ori-  
ginem.

ginem deduxit *Natalis Comes*, ad quem ablegandi, qui  
talia scire avent, sufficiat probroſæ hujus ignominiae  
delineationem extremis adumbrasse lineis, neq; enim  
ſigillatim omnia in scenam producere utile erit, præci-  
puè cum mentes Deo devinſtæ ad iſta penitus exhorre-  
ſcant. Utinam verò intra ſola Ethnicorum pomæria ſe  
continuiffet illa obſcœnitatis gangræna, neq; unquam  
ad caſtra populi Deo conſecrati deveniſſet, dolendum  
verò eſt, nec absq; planctu conmemorandum unquam,  
peſtiferam hanc vitiorum lernam paulatim ſerpenteſi-  
more cancerino, Christianorum pariter, infeciſſe oras,  
moresq; nimium quantum inquinaffe: quantum viſ enim  
penetrantissima obſtene Spiritus Oracula, & tot præter-  
ea fulgura comminationum omnes deterreant, his ni-  
hilominus ſusq; deq; habitis ad abominabilem proter-  
viam proſiliunt iſti quoq; qui Christi ſectatorum cætui  
ſe annumerari volunt, hinc quodcunq; libet hoc tempore  
licere omnino arbitrantur, luxuriæ fræna laxant, & aſo-  
tiæ, morumq; ſcurrilitati & ſtultiloquio, quin immo fi-  
turpia deſignant flagitia, ea ſibi laudi ducunt. Verun-  
tamen remotiſſimi illi ſunt à Paulinis Præceptis, quibus  
decenter ſanxit & ſancte injunxit, ſcoratio, & omnis impu-  
ritas, & avaritia ne quidem nominator inter vos, ſicut decet ſan-  
ctos, & obſcœnitas & ſtultiloquium, & ſcurrilitas, qua non con-  
veniunt, maximâ itaq; ſeveritate omnia ſtultiloquia, ſcur-  
rilitatē, impuritatemq; oportebat detestari. Et unicus ille  
Petri Aphorismus percellere debebat (poterat ſanè) uni-  
verſa horū pectora: *Cum cum cognominetis Patrem, qui citra  
personarum reſpedem judicat ex cuiuscunq; opere, cum tremore  
versamini conmorationis reſtre tempore.* Sed Epicuræa ſecu-  
ritas Bacchanalium tempore horum recordationem  
haud admittit, aures illa obſtruit, & oculos, & animos,  
ne turpitudini citò nuncium remittant, quos ipsa arcte

com-

constrinxit: Præsertim verò ebriosus furor mentes ex-  
cæcat, & sitis ardorq; meri ad mera vocat & pellicit po-  
cula, quibus non medioxumi duntaxat decentant, sed  
silicernia quoq; & capulares tremuliq; senes, pusiones  
etiam, & trimuli quadrimuliq; paulatim assuefiunt Hinc  
ebriorum & vino madidorum plena sunt isto tempore  
hospitia publica, oenopolia, ipsa quoq; sæpe numerò do-  
micia privata. Criminis hujus fodiendi turpitudinem  
gentiles prospexero, & propterea angue pejus detestati  
sunt Ethnicorum Saniores. Plaso ebrios dicebat bin pueros  
esse; Pythagoras Ebrietatem insanie meditationem appellavit;  
Socrates mentem vino obrutam congruè comparavit currui  
rectore spoliato, velut enim currus aurighæ excusso ordine nullo  
rapitur, ita & animus ratione orbatus in plures incidit errores.  
Incommoda equidem quæ ex ingluvie & crapulâ deri-  
vantur innumera mentem & ventrem à compotationis  
studio abstrahere debebant, eò quod ventris tormenta  
excitentur, sopor adimatur, verbera accersantur & vul-  
nera, quodq; morborum agmen irruat, dum nervorum  
debilitationem, oculorum lippitudinem, palpitationem  
cordis, orisq; gravedinem attrahunt commessationes,  
(ut taceam sexcentia alia ejusdem furfuris mala) Verun-  
tam gigantes gulosi ista singula floccifacere, & instar  
porcorum ad volutabra relabi assolent, Centaurorum  
& Lapitharum convivia unicè adamantes, præsertim si  
Magnates viderint præeuntes, & certamina potatoria  
inchoantes, quo quidem crimine res suas præclarissime  
gestas Magnum illum Alexandrum contaminasse acce-  
pimus, qui munera decernebat asotiae promachis, & ta-  
lenta iis offerebat, qui alias bibendo vicissent, quapro-  
pter viri extremæ gulæ complures assurrexeré, qui sese  
non ut viverent, sed ut biberent, cum amphorâ illa pen-  
dente Bonoso consuetunt. Cæterum utut quovis tempore

& loco hanc ingluviem & temulentiam seriò fugiendam  
esse honestas imperet. Spiritusq; urgeat monitis quam  
plurimis, isto nihilo minus tempore illam quam maximè  
aversari oportet, quo sacram Cruciatum Servatoris  
recordationem recogit Ecclesia, & tormenta doloresq;  
exquisitissimos expendit Unici Mediatoris Christi Jesu:  
Principiis obstandum esse in quovis morbo & contagio-  
ne, cautè præcipiunt Archiatri, idem tempore hoc Qua-  
dragesimali inculcant meritò animarum Medici, ut in  
exordio Meditationum Passionalium, ubi contagio pe-  
litifero animas inficere satagit dæmon, unusquisq; prin-  
cipiis noxam attrahentibus obstet, nisi enim mature quis  
ausis sathanæ furibundis obicem posuerit, erumper faci-  
le virus pestilens, atq; in ipsis primordiis animas pes-  
fundabit, quo minus sacra devotione rite reficiantur.  
Evidem suā sponte hæc præstabunt, qui Christo suam  
seriò locarunt operam, cui etenim pietatis mica supereft,  
& gliscens infucatæ devotionis flamma, nunquam tantā  
se conspurcabit maculâ, ut deuò præfractâ malitia, ob-  
scenâ scurrilitate, & abominabili ingluvie sacram  
Salvatoris cruentum pedibus conculceret, & turpitudine  
flagitiosâ illud transigat tempus, quod acerborum tor-  
mentorum JESU indagini consecrandum era: Quid  
enim execrabilius erit, quidvè odiosum magis Servatori  
nostro, quam hoc tempore hominem sanguine fuso re-  
demptum tripudiantem cernere, quo ejulasse Redemi-  
ptorem constat? quid auditu gravius erit, quam insultan-  
tem Sathanam, & de hominum dehacchantium obscœ-  
nitate audire gloriantem, Ehem, Tui isti putati vi Christiani,  
reapse mei sunt, mibi operam locant, tui quandam fuere per gra-  
tiam, nunc mei facti sunt per apostasiam, tua refricant vulnera,  
& vices, & ista flagitia patrant, quibus tuum meritum & ly-  
trum quam maximè collusulanti. Quà verò aure quo animo  
has

has gloriabundi & tripudiantis dæmonis vōces audire.  
JESU M̄ nostrum existimatis? pungunt ista dicta, & aculeos novos cordi parant. Abstergent proinde hanc maculam, sedulòq; vitabunt insanam ejusmodi barbariem, qui infucate se Deo consecrarunt. Lachrymas Christus noster emisis largas, quibus effrænem humanæ gentis impietatem deploravit, & sceleram im posterum designanda, prævidebat etenim complures magis tabernam quam Ecclesiam amaturos, & nullam religionem quasi optimam religionem magni æstimaturos, eosq; vota facturos ventri & cellario suo horum ergo deploravit insatiablem crapulam, quod instar spongiæ non expleantur & satientur, sed quo plus potaverint, plus subinde sitiant merū. Has v. ubi stillantes cernūt Liberatoris lachrymas, ecquid risu se recreabunt liberati? Expavescētem Servatorem, animo pariter & corpore perhorrescentem, & attonito percussum stupore Christiani intuentur, illinè tempore isto lētabuntur & tripudiabunt, quo ad extremas angustias redactum esse Vindicem suum advertunt servati? Querulantem audimus, ejulantemq; quod ad necem usq; tristissima esset anima, mærore namq; obfessa erat nimio, & circumquaq; circumvallata, ut nullus pateret exitus, premebatq; videlicet mæstitudine tanta, ut major æstimari haud posset, illaq; omnino sufficeret, ad ejiciendum animam ex corpore, vitæq; terminum, extremum accelerandum: Ergone Christiani laitis deliciis, lētisq; recreationibus genium pascent, & harmonici cantus dulcedine mulcebunt aures, cùm mæstissimi Imperatoris ejulatus & querelæ aures animosq; ferrant. Discurrentem quoq; & hoc illuc fese volutantem, atq; doloris diminutionem anxiè quærentem contemplamur, postea deniq; non in genua duntaxat procidentem sed ipsam quoq; faciem humi prostratam adveyimus;

nun-

nunquid verò genti Domino huic addictæ conveniet,  
saltando choreasq; ducendo hinc inde vagari, & humili-  
jacentem Ducem contemptim habere , immò prostrato  
insultare Regi, quem instar vermiculi pulvisculos lam-  
bentem deprehendit? Num deniq; poplite flexo evacua-  
bit schyphos & crateras, cum Jesum contrà poculi ama-  
ritudine repletissimi transitum unice & anxiè desideran-  
tem, quemq; Parentis apparaverat manus, non pro salute  
atq; sanitate putativa, sed pro æternā salute recipie, andā  
evacuandū calicem deprecantem audiat? Plurima in rem  
hanc, & illa quidem maximè animum convincentia &  
constringentia coercere per facile fuerit, sed talia velo  
silentii involventes unicum Messiam nostri Crucifixi se-  
ctatoribus susterre allubescit, guttulanū videlicet sanguinei  
sudoris, (tanta enim Christi fuit *ayuria*, dum in hostium  
congressu luctatus est, ut sudorem exprimeret, neq; aque-  
um tamen, sed sanguineum ) hoc stillante cruore san-  
cti, nisi quis frangatur, neq; ab abominabili debacchan-  
tium proterviā & olīcōenitatem revocetur, nihil eminē  
admittet, quo saxeum flectatur pectus. Cui verò amor  
Jesu cordi erit in Studiosorū Cætu (quem pluribus adhuc  
cordi esse penitus confidimus, & unicè optamus) ne  
quaquam ullo scurrilitatis vel crapulæ vitio animam de-  
turpabit, sed Christo cruci affixo suas dedicabit ope-  
ras, ut illi placeat soli, à quo solo salutis thesaurum  
obtinuit. P.P. sub Sigillo Universitatis Do-  
minica Quinquagesimæ Anno 1653.

•§(o)•





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn73483599X/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73483599X/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn73483599X/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73483599X/phys_0012)

DFG

sumum Virgunculae (in cuius vel castissimis debant gratiae) uterum demisisset, ac se humilitatem accommodasset, nullum in illum, qui eum velut preciosissimum C. Primum sibi lectulum sterni curabat in postremum in fusciferorum patibulo, ex re sibi elegerat. Sed quænam humana, concipere potest stupenda DEI opera, quæ admirationem geruntur? Puella scilicet mos parietes, in sanctissimâ patriarcharum legi magnarum artium instructa studiis, quæ a instruerent Sacrarium; Puella inquam, in emicabant dotes, tot virtutes, quæ serenâ stellæ, instar carentium gemmarum suis palustres tugurioli cannas, inter pecorum patibulo, deserto, semiruto, frigidæ tempesta undiq; pervio, fundit ex utero Regem Agerrimis uberibus Deum, humano corpori vit fasciis eum, cuius tenet manus orbem, celli solem illuminant; cuius exigui pedes ponit in præsepi immensum in celo; tegit rigentia membra, qui volucres pennis vesti ornata: gestat parvulum, qui ab omnibus adoratur ut Deus, & qui in stellis est gloriasset cætera persequevi; omnia dixero, cum nati natique; IESU mysteriorum maximum dem dignitatem ac majestatem, omnium sed etiam Angelorum linguae, sufficienter prius. Ad illud nihilominus modestâ ac devotâ manu cingit sese, Vir Juvenis Præstantissimus a HANNES HUNTEMANNUS, Hannover eos æmulari, qui securè indormientes blandi demissis nihil aliud sunt, quam quod in Apia sumâ suâ petulantia, fordidissimâ morum & simorum sapientia, scientiaq; Delubrorum




Image Engineering Scan Reference Chart TD03 Serial No. Patch Reference numbers on UTT

the scale towards document

estes ren-  
onditionis  
enit angu-  
exciperet.  
lium, qui  
nos amo-  
lica mens  
i terræque  
pudicissi-  
, & in iis  
nobilius  
tatulâ tot  
t in celo  
x. Inter  
grefti sta-  
; flatibus  
stat inten-  
; invol-  
parvi o-  
nt. Re-  
a frigore  
agros ex-  
nentibus  
Longum  
oc Incar-  
ujus qui-  
ominum,  
ossunt  
dum ac-  
Dn. JO-  
ri, noluit  
, in Aca-  
i foedis-  
nobilis-  
nâ turpi-  
ter ob-